

### Beispiele für relativische Satzverschränkungen (§ 187):

1. Oppidum ex itinere oppugnare conatus, **quod** vacuum ab defensoribus esse audiebat, propter latitudinem fossae murique altitudinem paucis defendantibus expugnare non potuit. (2,12,2)
2. Re frumentaria comparata equitibusque delectis iter in ea loca facere coepit, **quibus in locis** esse Germanos audiebat. (4,7,1)
3. P. Sextius Baculus, **quem** Nervico proelio (Nervicum proelium – die Schlacht gegen die Nervier) compluribus confectum vulneribus diximus, ad Galbam accurrit. (3,5,1)
4. Dum haec in his locis geruntur, Cassivellaunus ad Cantium (Cantium – die englische Grafschaft Kent), **quod** esse ad mare supra demonstravimus, nuntios mittit. (5,22,1)
5. In eo concilio Cingetorigem,, **quem** supra demonstravimus Caesaris secutum fidem ab eo non discessisse, hostem iudicat. (5,56,3)
6. Cingetorigi, **quem** ab initio permansisse in officio demonstravimus, principatus atque imperium est traditum. (6,8,9)
7. Dum haec ad Gergoviam geruntur, Convictolitavis Haeduus, **cui** magistratum adiudicatum (magistratum ad-iudicare – das *höchste Amt im Stamm zusprechen*) a Caesare demonstravimus, sollicitatus (sollicitare *hier* bestechen) ab Arvernis pecunia cum quibusdam adulescentibus conloquitur. (7,37,1)
8. Postero die equitatu ex castris educto omnem eam planitiem, **quam** in longitudinem milia passuum iii patere demonstravimus, compleat pedestresque copias in locis superioribus constituunt. (7,79,2)
9. Illa pars equitatus Usipetum et Tenctherorum, **quam** supra commemoravi praedandi frumentandique causa Mosam transisse neque proelio interfuisse, post fugam suorum se trans Rhenum in fines Sugambrorum receperat seque cum his coniunxerat.(4,16,2)
10. Legati hostium dixerunt habere sese, quae de re communi dicere vellent (habere ... vellent = *sie hätten etwas, das sie bezüglich der gemeinsamen Interessen sagen wollten*), **quibus rebus** controversias minui posse sperarent. (5,26,4)
11. Oppidani eos comprehendenterunt, **quorum** opera plebem concitatam esse existimabant, et ad Caesarem perduxerunt. (7,12)
12. Ii, **quos** ad novissimum agmen equorum reficiendorum causa substitisse demonstratum est, sese incolumes in castra conferunt. (BC 1,42)